



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI
TRES ||**

Schottus, Franciscus

Antverpiae, 1600

Cœmeteria, & Stationes Urbis Romæ. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70633)

in vinea extra portam Flaminiam, de quo fonte initio huius diei agere meminimus.

DE COEMETERIIS

VRBIS ROMAE.

Ex Onuphrio Panuinio.

CAP. IX.

Coemeterium omnium vetustissimū *Ostrianum*, via Salaria ad tertium ab Vrbe lapidem, in quo beatus Petrus Apostolus baptizasse dicitur, de quo Protonotarius S. R. Eccl. in actis Liberij Papæ c. 3. sic ait: Erat non longè à Cœmeterio *Novelle*, ad tertium miliarium ab Vrbe, via Salaria Cœmeterium *Ostrianum*, vbi Petrus Apostolus baptizauit.

Cœmeteriū *Vaticanum* iuxta templum *Apolinis*, & *Neronis circum*, via triumphali situm in hortis *Neronianis*, vbi nunc est *Basilica S. Petri*. Hoc Cœmeterium præter sepulcra habebat fontem *Baptisini*, qui non omnibus cœmeteriis communis erat.

Cœmeterium *ad Nymphas*, in prædio *Seueræ* via *Nomentana*. lapide ab vrbe inter septem & octo, in quo sepulta fuerunt corpora sanctorum martyrum *Alexandri Papæ* & cætera.

Cœmeterium vetus, à Papa *Calisto* ampliatum, ex eius nomine appellatum est, via *Appia*, lapide ab Vrbe secundo, sub basilica *S. Sebastiani* situm: in eo Cœmeterio erant catacumbæ, vbi aliquando iacuerunt corpora sanctorum Apostolorum *Petri* & *Pauli*.

Cœmeterium *S. Soteris* Papæ, Cœmeterio *Calisti* vicinum fuit.

Cœmeterium *S. Zepherini* Papæ, via *Appia* propè catacumbas, & Cœmeterium *Calisti*.

Cœ.

Coemeterium *Calepodij* Presbyteri, via Aurelia, lapide ab Vrbe secundo extra portam Ianiculensem prope Ecclesiam S. Pancratij.

Coemeterium S. *Pretextati* Presbyteri, via Appia, lapide primo abeuatibus per diuerticulum sinistrorsum, vbi fuit Urbanus Papa sepultus.

Coemeterium S. *Pontiani* Papæ, non longè à Sanctis Abdon & Senen.

Coemeterium *Cyriacæ*, in agro Veramo in Ecclesia S. Laurentij extra muros.

Coemeterium *Lucinæ*, via Aurelia, extra portam S. Pancratij.

Coemeterium *Aproniani*, via Latina, haud longè ab Vrbe, in quo sepulta est S. Eugenia.

Coemeterium S. *Felici* Papæ, via Aurelia, miliario ab Vrbe, adiunctum est Coemeterio S. *Calepodij*, prope S. Pancratium, extra portam Ianiculensem.

Coemeterium *Priscelle*, aliàs S. *Marcelli* Papæ, Via Salaria veteri, in cubiculo claro, iuxta cryptam S. Crescentionis, lapide ab Vrbe tertio à S. *Marcello* Papa dedicatum.

Coemeterium S. *Timothei* Presbyteri, via Ostiensi, intra Basilicam S. Pauli.

Coemeterium *Novelle*, via Salaria, ab Vrbe Roma miliario tertio.

Coemeteriū *Balbinae*, aliàs S. *Marci* Papæ, inter vias Appiam, & Ardeatinam, iuxta Basilicam S. *Marci* Papæ.

Coemeterium S. *Iulij* Papæ, via Flaminia, prope Ecclesiam S. Valentini, extra muros Urbis, adhuc extat in vinea fratrum Eremitarum S. Augustini.

Coemeterium S. *Iulij* Papæ, via Aurelia.

Coemeterium S. *Iulij* Papæ, Portuensi via.

Coemeterium S. *Damasi* Papæ, inter vias Ardeatinam & Appiam.

Cœmeterium *S. Anastasij* Pape, intra Urbem regione quinta Esquilina, in vico *Vrsi pileati* prope Ecclesiam *S. Bibianæ*.

Vrsus Pileatus, iuxta palatium *Licinianum* ad portam *Taurinam* in *Via Tiburtina*.

Cœmeterium *S. Hermetis*, aliàs *Domitilla*, factum à *Pelagio* Papa via *Ardeatina*.

Cœmeterium *S. Nicomædis* via *Ardeatina* lapide ab Urbe septimo.

Cœmeterium *S. Agnetis*, via *Nomentana*.

Cœmeterium *S. Felicitatis*, via *Salaria*.

Cœmeterium *Iordanorum*, ubi *Alexander* fuit sepultus.

Cœmeterium *S. Nerei & Archisiei*, via *Ardeatina*, in prædio *S. Domitilla*, lapide ab Urbe secundo.

Cœmeterium *Felicis & Adausii*, via *Ostiensis*, miliario ab Urbe secundo.

Cœmeterium *Tiburtij & Valeriani*, via *Laticana*, tertio ab Urbe lapide.

Cœmeterium *Marcellini & Petri*, via *Laticana*, iuxta basilicam beatæ *Helenæ*.

Cœmeterium *Marci & Marciliani*, via *Ardeatina*.

Cœmeterium *Ianuarij*, restauratum à *Gregorio* Papa III.

Cœmeterium *S. Petronilla*, ornatum à *Greg. Papa*, via *Ardeatina*.

Cœmeterium *Agate* ad *Girolum*, via *Aurelia*.

Cœmeterium *Vrsi*, ad *Portensam*.

Cœmeterium *Gardiani*, via *Latina*.

Cœmeteriū inter duas *Lauros*, ad *S. Helenam*.

Cœmeterium *S. Cyriaci*, via *Ostiensis*.

Astulfus Longobardorum Rex, multorum corpora *Sanctorum* effodiens circa *Romam*, eorum Cœmeteria subuertit.

Paulus & Paschalis Papæ, multa corpora *Sanctorum*, quæ in dirutis Cœmeteriis iacebant,

bant, intra Vibem in Ecclesiis Stephani, & Sil-
vestri, & Praxedis collocarunt.

Cœmeteria in quibus erant priuatorum se-
pulcra marmorea, lateritia, & loculos habentia,
in his Christiani sepeliebantur.

Ex sepulcris quædam fuisse hereditaria, quæ-
dam donatitia.

Cœmeteria loca erant Christianorum sepul-
tura speciatim assignata.

STATIONES ROMANÆ

AD TEMPLA SANCTORVM,

magnis Pontificum indultis.

DOMINICA } PRIMÆ, Statio ad S. Mariam
ADVENTVS } maiorem.
 } II. ad S. Crucem in Hierusa-
 } lem.
 } III. ad S. Petrum.
 } FERIA IIII. quatuor Tempo-
 } rum, ad S. Mariam maio-
 } rem.
 } FERIA VI. ad XII. Apostolos.
 } Sabbatho, ad S. Petrum.
 } IIII. Domin. ad Sanctos XII.
 } Apostolos.

In vigilia Natiuitatis, ad S. Mariam maiorem.

NATIVITATIS } I. ibidem ad præsepe.
Domini Missa } II. ad S. Anastasia.
 } III. ad S. Mariam maiorem.

FESTO } S. Stephani, ad S. Stephanum, in Cæ-
 } lio monte.
 } S. Ioannis Apost. & Euang. ad S.
 } Mariam maiorem.
 } SS. Innocentium, ad S. Paulum.

In Circumcisione Domini, ad S. Mariam trans
Tiberim.

In Epiphania Domini, ad S. Petrum.

DOMINICA I N { Septuagesima, ad S. Laurentium extra muros.
Sexagesima, ad S. Paulum.
Quinquagesima, ad S. Petrum.

FERIA { IIII. Cinerum, ad S. Sabinam.
V. ad S. Georgium.
VI. ad SS. Ioannem & Paulum.

Sabbatho, ad S. Tryphonem.

DOMINICA I. Quadragesimæ, ad S. Ioannem in Laterano.

FERIA { II. ad S. Petrum ad vincula.
III. ad S. Anastasiam.
IIII. Quatuor temporum, ad sanctam Mariam maiorem.
V. ad S. Laurentium in Panisperna.
VI. Quatuor temporum ad SS. XII. Apost.

Sabbatho ad S. Petrum.

DOM. I I. Quadragesimæ, ad S. Mariam in Dominica.

FERIA { II. ad S. Clementem.
III. ad S. Sabinam.
IIII. ad S. Cæciliam.
V. ad S. Mariam trans Tiberim.
VI. ad S. Vitalem.

Sabbatho, ad SS. Marcellinum & Petrum.

DOM. I I I. Quadrag. ad S. Laurentium extra muros.

FERIA { II. ad S. Marcum.
III. ad S. Potentianam.
IV. ad S. Sixtum.
V. ad SS. Cosmam & Damianum.
VI. ad S. Laurentium in Lucina.

Sabbatho, ad S. Susannam.

DOM. I I I I. QVA DRAGES. Lætare Hierusalem
Statio ad S. Crucem in Hierusalem.

FE-

FERIA {
 II. ad SS. Quatuor Coronatos.
 III. ad S. Laurentium in Damaso.
 IIII. ad S. Paulum.
 V. ad SS. Siluestrum & Martinum.
 VI. ad S. Eusebium.

Sabbatho, ad S. Nicolaum in carcere.
 DOMINICA IN PASSIONE, ad S. Petrum.

FERIA {
 II. ad S. Chrysogonum.
 III. ad S. Cyriacum.
 IV. ad S. Marcellam.
 V. ad S. Apollinarem.
 VI. ad S. Stephanū in monte Cælio.

Sabbatho, ad S. Ioannem ante portā Latiam.

DOMINICA PALMARVM, ad S. Ioannem in Laterano.

Maioris hebdomadæ Feria {
 II. ad S. Praxedem,
 III. ad S. Priscam.
 IV. ad S. Mariam maiorem,
 V. In cœna Domini, ad S. Ioannem in Laterano.
 VI. in Parasceue, ad S. Crucem in Hierusalem.

Sabbatho sancto, ad S. Ioan. in Laterano.

DOMINICA RESURRECTIONIS DOMINI STATIO ad S. Mariam maiorem.

FESTO {
 II. ad S. Petrum.
 III. ad S. Paulum.
 IV. ad S. Laurentium extra muros.
 V. ad SS. XII. Apostolos.

Sabbatho in Albis, ad S. Ioannē in Laterano.

DOM. IN ALBIS, & Octaua Paschæ, ad S. Pancratium.

FESTO ASCENSIONIS, Statio ad S. Petrum.

In vigilia Pentecostes, ad S. Ioan. in Laterano.

DOM. PENTECOSTES, ad S. Petrum.

FERIA {
 II. ad S. Petrum in vincula.
 III. ad S. Anastasiam.
 IV. Quatuor temporum, ad S. Mariam maiorem.

M 3

FR-

FERIA { V. ad S. Laurentium extra muros.
VI. ad SS. XII. Apostolos.
Sabbatho, ad S. Petrum.

Stationes Quattuor Temporum in Septembri.

FERIA { IV. ad S. Mariam maiorem.
VI. ad SS. XII. Apostolos.
Sabbatho, ad S. Petrum.

Reliquæ STATIONES suis quæque die-
bu: Sanctorum Apostolorum, Martyrum, Con-
fessorum, ac Virginum, quorum in Urbe tem-
pla sunt, magno priorum concursu frequentan-
tur: Pontifice Max. vel sacris operante, vel
præsente: stipante etiam ingenti Patrum pur-
puratorum, atque Episcoporum caterua. Nunc
eædem STATIONES, animi relaxandi gra-
tia, carmine legantur. Amant enim alterna
Camenæ.

E A E D E M

STATIONES ROMANÆ

QUADRAGESIMALI IEIUNIO:

Versibus à Pomponio Læto redditæ.

*Q*ua tua prasidio Sanctorum crimina tolli
Quasi eris, voti, me duce, compos eris.
Festa quadragesima, nec sit graue, tempora serua,
Quæq; dies veniam continuata dabit.
Primus Auentinum labor est conscendere mōtem,
Audiant ut primas Diua Sabina preces.
Proximus ut properes galeati ad fana Georgi,
Hinc ubi Velabro sunt fora iuncta bouum.
Ioannis Paulique colas hinc numina fratrum,
Inde Tryphon humili voce rogandus erit.
Mox subeunda genu Laterana palatia flexo,
Templaq; qua Petri ferrea vincula tenent.

Post

Post tibi Anastasie sanctum venerabere numen.
 Circa Palatinum suspicis unde iugum.
 Hinc maior veneranda parens, nix plurima templi
 Fixit ubi Icaro sub cane lapsa notam.
 Atque tuas illa excipiat Laurentius ara,
 Qua Palispernae est nomine nota, preces.
 Datque piis votis duodenus Apostolus aures,
 Hic ubi Virginea campus obitur aqua.
 Conspicias opibus magnis ubi Iulius ades
 Struxit quarte tibi Sixte colende nepos.
 In Vaticano est Petri veneranda potestas:
 Huic dedit in terras iura superna Deus.
 Hic veros CHRISTI referentia lixtea vultus,
 Et madida illius sanguine tela coles.
 Hinc adeas Mariae templum, cui Dominica nomen,
 Marmorea ante ipsas est ubi Cyerba fores.
 Funde preces sacra pariter Clementis in aede,
 Stagna Nero abductis hic ubi fecit aquis.
 Et tibi Balbinæ visenda est Virginis ara,
 Edita Auentini quam iuga montis habent.
 Ceciliaeque sacrum flauas trans Tyberis undas
 Te vocat, et Christi Transtyberina parens.
 Vitalemque roges, quæ mons declinior ipsas
 Vergit in Esquilias alme Quirine tuas,
 Et Marcellino ac Petro communia quaras
 Tempa, aderit precibus mitis uterque tuis.
 Te sacer hinc extra videat Laurentius Urbem,
 Accessus teneat nec via longa tuos.
 Inde colas Marcum, cui celsa Palatia surgunt,
 Fundata auspiciis Paule secunde tuis.
 Est quoque patricio veneranda Potentia Vico,
 Continuo Esquilias unde Suburra videt.
 Publica mox ubi iam populo piscina patebit,
 Optatam excepto det tibi Sixtus opem.

Eras

Fratresq; iam Cosma Damiani numen adora,
 Quorum sunt sacra fana propinqua Via.
 Mox in Lucina Laurentius ade colendus,
 Flaminia Domiti quæ tegit arcus iter.
 Sunt q; Quirine tui superanda cacumina montis.
 Annuat ut votis casta Susanna pius.
 Ad q; crucis Domini sacras accesseris aras:
 Post ubi Sanctorum quattuor ossa iacent.
 Et pete qua colitur Damasi Laurentius ade,
 Hic ubi Pompei lapsa Theatra vides.
 Rianusq; nouo sumptu noua templa Raphael,
 Marmoream pariter restituit q; domum.
 Trigemina per quam Tybris petit ostia porta,
 Efferet ad Pauli maxima templa pedem.
 Quæq; tibi in summis fuerat Marine carinis,
 Syluestro nunc est ritè dicata dies.
 Fana quoque Eusebij, Marij vicina trophæis,
 Ad Prænestinam sunt adeunda viam.
 Nicoleonq; ubi carcer erat pietatis, & ades
 Marcelli, nec non iuncta theatra, coles.
 Ecce autem Petrus reuocat tua vota precesq;
 Chryfogoni orandum post tibi numen erit.
 Iulictam pro Cyriaco Quiricumq; rogas,
 Quis data sunt Neruæ proxima templa foro.
 Et quod Marcello posuit Lucina sacellum
 In lata tibi sit cura subire via.
 Mox in Flaminis pratis pete Apollinis adem:
 Hæc Apollinaris dicere metra vetant.
 Sphærica dehinc Stephani studiosus fana requirat,
 Cælius in summo mons habet illa iugo.
 Ioannis portæ delubra propinqua Latinæ
 Sunt tibi non lento mox adeunda pede.
 Expecta, subeas Laterana palatia rursus,
 Quem peperit sterilis factaq; mater anus.

Con-

*Confer in Esquilis hinc te Praxedis ad aram,
 Priscaque Auentino colle roganda tibi est.
 Inde parens iterum maior tibi prabeat aures,
 Et Laterana domus tertia vota aferat. (ta est.
 Crux repetenda etiam, cui Nauia proxima por-
 Templa habeant quartas & Laterana preces.
 Adijce pramissis Paschalia festa diebus,
 Ut unia referas vberioris opem.
 Curaque maiorem sit visere tertia matrem,
 Tertius & Petri templa subire labor.
 Expedit & Paulum geminato accedere voto,
 Est labor, at meriti gratia maior erit.
 Mœnia te rursus videat Laurentius extra,
 Rursus Apostolica est & veneranda cohors.
 Pantheon hinc adeas, Mariæ nunc templa re-
 tunda,
 Clarum opus Agrippa conspicuumque decus.
 Ioannesque quater Laterana cultus in aede,
 Excipiat quintas, qua prius aure, preces.
 Vltimus emerito Pancratius ore rogetur:
 Et tua sic tolli crimina posse puta.*

DE VATICANA BIBLIOTHECA
 SUMMI PONTIFICIS.

CAP. X.

BIBLIOTHECA Vaticana Pontificis quoti-
 die à doctis hominibus merito frequenta-
 tur. Abundat enim, refertaque est, si quæ alia
 in Europa, antiquissimis omnium disciplinarum
 artiumque libris cum Græcis, tum Latinis ac Hebrai-
 cis, calamo in membranis olim exaratis, multis
 retro sæculis accumulati à summis Romanæ se-
 dis Pontificibus, quibus colligendi libros, seruan-
 dique studiū fuit, in tot bellorum ciuiliū, extero-
 rumque calamitatibus, direptionibus, ac cladi-
 bus,